

sensa. Consultius tamen illos responderes credo, qui utrique Judicis facultatem inquirendi, & judicandi tribuant: sic enim & quieti publice magis propicitur; & delinquentibus elabendī occasio securius præcluditur; & ipsa delicta certius castigantur: præcipue cum uterque Judex Jurisdictionem sufficienter fundatam habeat, cajus utriusque Juris-

§. III.

Quid agendum, si reus delinquens absit à loco delicti?

- Ico I.** Quando reus ante suam absentiam ad Judge loci delicti citatus est, potest etiam absens denuo citari; ac, si comparere recusaverit, in Foro Sacerulari annotari illius bona; in Foro Canonico autem contra absentes Clericos & contumaces suspensio ab officio aut beneficio; contra Laicos excommunicatio decerni solet. Habentur ita in cap. veritatis 8. de Dolo cap. accedens 2. & cap. seq. Ut lite non contest. L. cum absens 1. Cod. de Requirendis reis Confit. Carol. art. 206.

165 Procedi tamen ulterius contra absentem, haud potest, si cum eo dum praesens erat, lis contestata non fuerit. *d. l. cum absens & l. Divi Severi 1. in pr. ff. de Requirend. vel absens. commandi ibi: Divi Severi & Antonini Magni rescriptum est, ne quis absens puniatur;* & hoc iure uitimur, ne absentes damnemur: neque enim, inaudita causa, quemquam damnum equitatis ratio patitur. Sed hoc varie limitat Brunneum, ad l. absensem 5. ff. *Prae. & in specie, conformiter ad nostram doctrinam in c. 2. n. 34. non ratu in n. 3. contra absentem ad relegationem & poenam minorem recte procedi;* Olivae quoque Fori Ecclesi. part. 3. q. 20 n. 42. potest, Jure Canonico posse a Judge, per viam inquisitionis procedente, citralitis contestacionem, contrareum absentem, legitimè citatum & contumacem, usque ad definitivam sententiam procedi per texum in cap. ult. §. sunt & alii. &c. Ut lite non contest.

166 Dico II. Quando reus ante absentiam non est citatus, nec conflat, in quoniam loco moretur, tunc per edictum, in territorio delicti promulgandum, & Ecclesia vel curia valvis affigendum, citari potest. Textus in c. 1. *Dividuorum Severi 1. §. 2. & in Nov. 134. cap. 5.* Quid si non compareat, non quidem in perfonam, procedi potest. Clem. pastoralis 2. de Sent. & re judic. sed, fibonai in loco delicti habeat, eorum annotatio fieri, aut in ea immisso quaque statutu potest, iuxta doctrinam Panormitanam in cap. ult. h. t. n. 6. quem sequitur P. Wiesnher d. 1. m. 75. arg. cap. Romana 1. §. contrahentes b. t. in 6.

167 Dico III. Quando reus est absens, nec ante absentiam citatus, constat autem, quoniam in loco habitat, potest Judge loci delicti Judicem habitationis pro remissione requirere; hicque de Jure Romano requisitione deferre.

ac reum remittere tenetur. Textus in l. scilicet crimen 7. 9. ult. ff. de Accusat. l. capitulum 28. §. 15. ff. de Pan. l. de ferentio 3. in pr. ff. de Remilitari. d. Nov. 134. cap. 5. Et hoc ideo 171 statutum erat, ut in loco commissi flagiti ex asperci poena non tantum laesi caperent foliatum, sed & ceteri a similibus facinoribus abfierentur. Stryk. sive cit. 1. §. 26.

Dixi de *Jure Romano*. Hodie scilicet generali coniunctudine receptum est, ut remissiones non tam necessitatis, quam urbanitatis sint, certam fratribus DD. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 16. n. 3c. & seqq. Perez ad tit. Cod. Ubi de Crim. num. 3. Befoldus in thes. pralt. sub voce *Liberatione de Maleficenten. Carpz. pralt. crim. p. 3. q. 9. 110. n. 54. Model. Pistor. vol. 1. cons. 29. n. 6. & seqq. Stryck. cit. §. 26. Qui libet enim Status Jurisdictionis suam non solidum defendere, fed & extendere studet; & hinc, si reum in territorio suo deprehendat, ipsemet vindictam de delicto sumere appetit: ideoque ad requisitionem Judge loci, in quo delictum est admissum, non nisi ex benevolentia reus transmittitur, petitis & datis ab illo Judge literis reverabilibus, ut vocant, quibus cavere debet, idem se in casu simili facit.*

Quares: an Judge loci delicti delinquenter, si per alterius territoriorum fugiat, insequi, & in eo deprehensum apprehendere, valeat?

Resp. negativè per textus in cap. ult. de Confit. in 6. l. 1. ult. ff. de *Jurisdict. quia talis insuscitatio & apprehensio est actus jurisdictionis contentiose, severè in alieno territorio prohibita.* Gail. d. cap. n. 27. Quod ipsum 171 men hodie rursum immutatum, ac non tantum per Recessum Imperii de anno 1559. §. und habet 22. permisum est, quid latrones, viarum graffatores, aliquique pacis publica perturbatores in alieno prosequi licet; sed & in aliis criminibus id confuetudine conceatum, modo deprehensum in alieno territorio mox Judge illius loci sistatur, atque ab eo percutatur ejus detentio & remissio. Befoldus cit. loc. sub voce *Nacheyl. Stryck. cit. tit. §. 25. in fin. quod casu tamen in arbitrio Domini illius territorii remanere, ac remittere delinquenter velit, vel non, secundum mox dicta in nnn. 172. docet idem Stryck.*

§. IV.

**Positne delinquens, si extra domicilium & locum delicti moretur, ibi puniri,
ubi reperiitur?**

- 176** *Sententia affirmativa & negativa* suos habet Patronos. Affirmativam fovent post Barolum & Cujacium Vultejus ad *l. quaestiones* 1. Cod. *Ubi de Crimin. num. 36.* & plus seqg. Perez ad *cind. n. 2.* Welenbec. ad *cit. l. n. 2.* Ummius cit. *diss. 4. th. 2. n. 11.* Brunnenm. *ibid. n. 2c.* quorum vexilla fecutus est Maranius Socinus in *cap. de illis autem 1.* de *Rapori. n. 15.* in *fin. affiseris*, ultra centum hominum millia sic necesse fuit. Negativam tuentur cum Azone, Accurcio, Claro, Farinaceo &c. Covarrub. *Varr. refol. lib. 1. cap. 11. n. 9.* Fanchim. *lib. 9. conviv. cap. 20.*

177 *Prima sententia* tutoribus serviunt textus in *l. preses 3. in fin. f. de Offic. Praef.* ubi *jCetus, P. prefatis provincia efficiuntur eis*, ait, *malis hominibus provinciam purgare; nec distinguuntur, unde sunt;* & in *l. questiones* cit. *Cod. Ubi de Crimin.* ubi ab Imperatoribus constitutum legitur, *quaestiones criminum, publicorum & privatorum, non solum ubi commissio vel incuncta sunt, sed etiam NB. ubi reperiuntur, qui res se perhibentur criminis, persicci debent;* & in *l. sciens 2. Cod. eod.* ubi crimen plagi ibi, ubi plagiarius dicitur, *judicandum esse, Principes decernunt.*

178 *Secunda sententia* tutoribus præter Jura generalia, quæ extra Forum domicili, contractus, relata, & delicti, aliud non agnoscunt, patrocinari ratio: quod Magistratus quilibet rerum & actuum, in suo districtu accidentium; non corum, quæ alibi sunt & sunt, curam habere debet.

Ex duabus his sententiis priorem Civili; posteriore Juri Canonico magis consentaneam judicat Clarissimum P. Wieschner n. t. n. 89. Ego, salvo aliorum iudiciorum, utramque probabilem, ac in præxi cuiuscunq[ue] loci consuetudinem attendamus, arbitror: priorem vero, in utrÿque, Canonico & Civili Jure, magis roboretur, & in pluribus locis receperam, exiitimo: ut ut enim, Canonio praeterit in Jure, quatuor solūmodio Fori genera reperiuntur prodita, illa ramen in Iolis causis civilibus esse competentia; in criminalibus autem & illum locum, in quo criminis degunt, Forum suppeditare, tum citati textus Civiles, Jure Canonico tacite per *cap. 1. & 2. de N. O. N.* recepti; tum ratio publicæ utilitatis, demonstrant, ut scilicet ed magis existentia delicta, quod minus à poena securos se esse sciant delinqüentes, quoconque locorum se converterint.

SECTIO VI

De Foro Clericorum

SUMMARIA.

181. Ex specialibus Foris primum est Clericorum.
 182. Gaudens illò Religiosi. 183. Clerici ius
minoribus, habitum portantes. 184. Clerici in
majoribus, dimissio eam habitu conversantes.
 185. & seqq. Clerici conjugati. 188. & seqq.
Clericus alior non bate: Forum speciale. 190.
Sed res habet Forum Ecclesiasticum. 191.
Apud Episcopum proprium. 192. & seqq. Vol. si
Regularis sit, apud suum Prelatum domesticum.
 194. Clericus fatus negat coram Judice Se-
culari de actibus preteritis conveniri. 195. Si
ad Clericatum accesserit bona fide. 196. Now-
ritiam, si in fraudem Judicis Secularis.
Quò tamen casu neque in corpore paniri. 197.
Reversus ad facultum ob delicta in Clericatu ne-
quit à faculcari Judice disiudicari. 199. Ratio
datur. 200. Additur disparitas inter hunc &
priorum casum. 201. & seqq. Agitor de fami-
liariis Clericorum. 203. Clericorum exem-
ptio in personalibus est certa. 204. & seqq. Si
Clericus sit bates Latici, non potest conveniri in Foro
deiuncti. 206. & seqq. Licit sit captia man-
fuerit. 218. & seqq. Limitatus afferuntur.
 220. & seqq. Teneatur autem imperio Laticum in
Foro Seculari defendere. 228. Tanquam Ca-
vator vel infor ne quis in eo Foro pulsari. 229.
& seqq. Altio quadrupedaria contra Clericos in
Foro Ecclesiastico movenda. 231. Clerici in
realibus quoque causis exempti sunt. 232. &
seqq. Demonstratur. 237. & seqq. Late di-
scutitur, qualiter contraria consuetudo possit colo-
rari. 253. & seqq. Principi autem in cri-
minalibus sunt privilegiati. 256. & seqq. Ubi
quidem secundum aliquos puniri possint à Prin-
cipi Latice, cui servirunt. 260. & seqq. Ratio
res sententia contraria. 263. & seqq. Prioris
argumenta refutantur. 267. & seqq. Gau-
dent Foro Clericis, licet in Foro Seculari falso
testimonium dicant. 269. & seqq. Aut vellit al-
non solventur. 271. & seqq. Aut crimen Ad-
jeccit administrantur. 273. Quid tamen limita-
tur. 274. & seqq. Capi possunt, sive periculum
si gravoris mali. 276. & seqq. Aut in fla-
granti deprehendantur. 280. & seqq. In ca-
sus feudalibus Seculari Foro subsunt. 285. Quan-
do Judicium ad Judicem feudalem spectat. 286.
& seqq. Examinaunt currourunt: ut a Dominis
feudi possit cognoscere de Vasallis Clerici delicto?

S. I. v. 1. pag. n. 1

Quid sit Forum Clericorum?

181 Considerato Foro Communi, quod ex causa quadruplici consurgit, transgredimur ad Forum speciale dipecundum, ex cuius speciebus praeclaram Forum Clericorum, seu locum, in quo persona Ecclesiastica, quando rea sunt, conveniri debent.

182 Dixi I. persona Ecclesiastica. Tales sunt Clerici, non tantum Clerici, sicut sic accepti, quales sunt Clerici Sacerulares, qui Divino quidem servitio autoritate Ecclesiastica sunt deputati, vivunt tamen et manent in seculo cum hominibus secularibus; sed et Clerici, paulatius sumptu, quotquot nimis in fortunam Domini cooptati, seculo & rebus secularibus nuntiis remisere, unius DEO vivent, & ministrantur, hoc est, omnes Regulares, utriusque sexus per cap. experientia 15. cap. de persona 38. XI. q. 1. cap. Clericis 3. de Immunitate Ecclesiastica. Auct. statuimus Cod. de Episcopis & Clericis Nov. 123. cap. 21.

183 Tales sunt II. ex Clericis, qui, in minoribus constituti, aut beneficium habent, aut habitum cum tonsura portant, simulque alios Ecclesiasticos ex mandato Episcopi inferiorem; vel in seminaria Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate, de licencia Episcopi, quasi in via ad maiorem Ordines suscipiendos, versantur, ut loquitur Concil. Trident. s. f. 23. de ref. cap. 6. Nam & isti sunt persona Ecclesiastica, in numerum servorum, & ministrorum DEI adducta.

184 Tales sunt III. & illi Clerici, qui, in majoribus constituti, habitum ex causa, vel sine causa dimittunt, si modo vel ab Episcopo ter, vel a Synodo sub expressa comminatione amittendi privilegium solum moniti, resipuerunt per cap. in assistentiis 25. & cap. contingit 45. sent. excommunicatis: quoniam quippe habitus non facit, quoniam minus adhuc sint, & manent personae Ecclesiasticae.

185 Tales sunt IV. Clerici conjugati, si, post Ordines Minores suscepitos, cum unica & virgine contrarixint, ac diligenter Ecclesia servitio vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesia serviant, vel ministrent: & infra Clericis habitu & tonsurā utantur, juxta cit. cap. 6. Concil. Trident. & cap. nn. de Clericis, conjugis in 6. Ehi Forum Clericorum non in criminalibus tantum causis, sed & in civilibus fortuntur: tum quia in cit. cap. nn. referunt Concilium Parisiense (quod habetur in cap. nullus Judicium 2. b. t.) generaliter prohibens, ne Clericus ullus disflingatur, aut condemnetur a Judice Sacerlari: tum quia in eod. cap. similiiter generalibus terminis dicitur, Clericos conjugatos, pro commissis ab eis excusibus, vel delictis, trahentes posse criminaliter, aut civiliter ad Judicium Sacerlare: tum quia rursus in alleg. cap. vetatur, ne ab ipsi Sacerlariibus Judicibus personaliter, veletiam pecuniariter, nullius condementur. Itaque cum pluribus, a Barbola in collectan. ad cit. cap. nn. 9. relatis, ex instituto docet Mart. de

Jurisdict. part. 4. cent. 2. casu 153. eidemque subscrift P. Engel ad tit. de Clericis conjugatis. n. 7. contradicente P. Friderich de Foro compet. p. 3. n. 245. cum communissima, ut ipse dicit, sententia.

Dixi II. quando rea sunt. Quando enim 188 Clericus est actor, tunc servare debet regulam, quae vult, ut actor sequatur Forum rei cap. si Clericus 5. cap. cum fit 8. b. t. Cujus ratio est: quia, dum Clericus, ut actor, reum Laicum in Foro Sacerlari convenienter, non in Clericum, sed in Laicum Jurisdictione exercetur. Unde Clericus solummodo tunc Forum pri-189 vilegium sortitur, quando conveniunt, non quando conveniunt nisi aliud observet con- fuetudo d. cap. si Clericus in fin. & ibi Gonzalez, n. 1. b. t. 5. 2.

Dixi III. conveniri debent. Sed ubi, ait, est 190 locus ille? Est, repono, locus, in quo Judices Ecclesiastici jus dicunt. Et quidem Clerici Sacerlari immediate convenientur in loco, in quo Episcopus proprius, vel eius Vicarius, aut Officiale iudicium exercet cap. si quis 1. cap. si quis 4. cap. si diligenter 12. cap. cum continuat 13. cap. significans 18. h. t. Censeatur 191 autem Episcopus proprius, in cuius Diocese Clericus domiciliu, vel beneficium obtinet, contraxit, deliquit, aut rem, de qua agitur, sitam habet, de quibus titulus iam antecedenter actum est; & faciunt cap. fin. 3. cap. diligenter 17. b. t. Mart. 1. Reverendiss. DD. Guetherather Instr. Juris Canon. lib. 3. tit. 1. n. 18.

Clerici, ac certe persona Regulares, praesertim 192 secundendo a specialibus statutis, convenientur coram suo Superiori Locali immediato cap. quam fit. 5. cap. luminoso 6. XVII. q. 2. cap. qua- 193 to 7. de Officio. Judic. Ordinar. cap. cum in Ecclesiis 10. de M. & O. cap. ult. de Regular. cap. cum ad Monasterium 6. de Statu Monach. Esto enim 193 Episcopo quondam immediata potestas in Religiosos quoscunque competet, ut latè probat Gonzalez in cap. grave 19. de offic. Judic. Ord. n. 9. & in cap. Theodosius 1. de Statu Monachor. n. 2. attamen successiva temporis, præfertim sub regime Gregorii II. ea potestas imme- 194 diat in Abbatibus, & alios Superioris Locales est transusa, ut probant textus adducti, & Gonzalez cit.

Dilectus autem I. an persona Ecclesiastica, 194 post assumptum Clericatum, aut Religiosam professionem emissa, possit in Foro Sacerlari convenienti contractibus aut deli- citis, in statu laicali admissis?

Respondent Farinaceus lib. 1. praxis crimi- 195 nis. t. 1. q. 8. num. 104. & seqq. Covarruv. præt. 99. c. 32. num. 4. concil. 1. & 2. P. Wiefner ad lib. 3. Decretal. tit. 1. sub n. 56. & communissima sententia, de qua testatur P. Friderich cit. p. 3. n. 247. cum distinctione: ac, si Clericatus citra fraudem, ex sancto zelo, & intentione suscepitus, aut Professio sit emissa, Cleri- cum,

Quoūsque Privilegium Fori Clericalis in actionibus &c.

59

cum, aut Religiosum in Foro Sacerlari conveni- 196 nti posse, negant; si autem in fraudem Legis, ut evitent supplicium, Seculum deferue- 197 rint, affirmant.

Ratio prioris mem- 198 bri non una potest assignari. In primis enim Jura, hactenus citata, personas Ecclesiasticas absoluere eximunt a Foro Sacerlari. Præ- 199 rea videtur esse regula generalis, eos, qui una cum statu Forum mutant, super actibus præ- 200 ritis in Foro deserto conveniunt non posse l. hos accipere 12. in pr. ff. de Acessu. l. qui cum uno 4. §. 5. ff. de Re militari. Interpres est textus spe- 201 cialis in Clement. dicens 1. de Vita & honest. Clericis, in quo Clerici, dimisso habitu peccantes, tamdiu solum Foro Sacerlari subduntur, quoniam premis (illis circa operibus) infre- 202 viunt. Ergo, cum de gestis in Clericatu ne- 203 quant ad Judicem Sacerlarem trahi, quando ad frumentum meliorem redeunt; neque de ges- 204 stis ante Clericatum trahi poterunt, quando mores ferio convertere, & hominem veterem exuerunt, iam inceperunt.

Ratio po- 205 sterioris membrorum distinctionis fundatur non- 206 tantum in l. ult. in pr. ff. de Re milit. l. si quis de- 207 curio 21. Cod. ad L. Cornel. de falc. ubi, quimilitiam vel decurionatum supeferunt, non pos- 208 sunt se eximere Foro, cuiratione delicti, ante- 209 pertrati, subjecterant: sed etiam in regulis 210 Juris, quia sua fraus & dolus nemini de- 209 beat patrocini cap. ex tenore 16. de Re script. quodque privilegium Clericorum non debeat esse fomentum, & fomes delictorum.

197 Limitat tamen posterior membrum cum 206 aliis P. Wiefner cit. l. n. 57. ut Clericus, cu- 207 ria Sacerulari traditus, non possit in corpore puniri: quia Clericus, nequid in Foro Ecclesiastico degradatus, nequit a Judice Sacer- 208 lar corporali penam coegeri.

198 Dilectus II. an vice versa Clericus, qui, 209 reliquo Clericatu, ad Seculum se confert; vel Novitius, qui è Monasterio egreditur, possit ob delicta, in Clericatu, vel Monasterio com- 210 missa a Judice Laico cafigari?

Respondent Covarruv. cit. l. cap. 31. num. 8.

S. II. v. 1. pag. sect.

Quoūsque Privilegium Fori Clericalis in actionibus personalibus se extendat?

203 Clericos quoad Forum in actionibus per- 211 sonalibus esti privilegiatis, nec Jure hu- 212 manō tantum, sed & Divinō, sententia non mi- 213 nima antiquissima, quam communissima est, ut offendentes in lib. 3. tit. 1. part. 3. cap. ult. 214 Galium 1. observat. 47. num 10. Zoënum ff. b. t. n. 27. Cardinalem de Luca de Jurisdic. dist. 48. n. 17. ubi dicit, hanc op- 215 nitionem in rotu orbe Catholicis receptam es- fe. Ratio desumitur ex l. horas absens 205

19. in pr. ff. de Judic. cujus bac est decifio: 216 horas absens ibi defendantur est, nobis defunctus de- 217 bunt, & convenienter, si ibi inventari, nullusque suo proprio privilegium ex cœli am. Cum ergo privile- 218 gium Fori, quod gaudent Clerici, non sit Cleri- 219 cis in singulare proprium & speciale, sed uni- 220 verbo Clericorum Ordini commune, ac in Cor- 221 pore Juris clausum cap. si diligenti 12. b. t. san- 222 Clericis, canquam haeres Laicis in Foro defun- 223

et conventus, recte communi suo Privilegio excusat.

205. Si vero lis cum defuncto in Foro Sæculari jam capta sit, anne tunc ab herede Clerico ibidem continuari debeat? Vehementer DD. concertant; ex latere affirmantur se locantib[us] Covarruvia cit. cap. 8. n. 8. & 3. Gailli d. ob. n. 8. & 9. Zoëli d. r. n. 26. Haunoldo tom. 5. v. 1. n. 237. Olivacit. q. 24. n. 23. & 2. seqq. (qui et monet, ab hac affectione in iudicando & confundendo non recedendum) Wiesnher b. s. n. 159. Friderich de Foro compet. cit. p. 3. n. 284. ex latere adverso militantibus Abbatem cit. l. n. 12. Maranta de ord. Judic. p. 5. n. 13. Marta de Jurisdict. p. 4. cent. 1. cap. 33. n. 9. Sperello Fori Ecclesi. decif. 7. n. 3. Boetrio decif. 169. n. 135. Ranbeck in panoplia Ecclesi. disp. 2. cap. 2. controv. 1. num. 4. Piringh. h. r. n. 88. D. à Someting in manip. controvers. 14. n. 3.

207. Qui ex latere affirmant se locant, fundant se in l. ubi acceptum 30. ff. de Judic. quia Judicium, ubi acceptum semel, ibi & finem accipere debet: quippe cum inflata, cum defuncto contraria, heredem quoque obstrin-
208. gat. IL in identitate personarum, hereditis & defuncti, quorum, ut actiones & obligaciones sunt eadem, sic & Judicium est idem l. ff. 34. ff. d. t. & supra in n. 8. dictum.

209. III. in aequitate naturali, que nullatenus patitur, ut actoris causa ob heredem personam evadat deterior, isque in una instantia duplicum adire judicem cogatur.

210. Qui ex adverso latere militari, accipiunt pro fruto in primis textum in cit. l. heres absens 19. in pr. ff. de Judic. qui, cum indefinite dat, heredem in Foro defuncti non esse conuenient, quando non proprii, sed communii, & in Corpore. Juris clauso privilegio mutitus est; nec distinguit, siue tunc cum defuncto jam capta, nec ne, alii quoque distin-
211. guere, non erit licetum. Deinde auxili-
lium querunt in l. non distingueunt 32. §. 4. ff. de Recept. qui ab aliis titulus Erthicus ait, Sacerdotis obvenient, non cogi arbitrum sententiam dicere: id enim (verba sive Pauli) non tantum honoris persona, sed & Majestati DEI indulgetur, enjus Sacris vacare Sacerdotes oportet.

212. Ergo, dum Clericis supervenit ex parte arbitrii, post arbitrium iam suscepimus, arbitrii Clericis non amplius cogi possit ad sententiam dicendam, quia videlicet & statim, & personam & Forum mutavit: quis cogi Clericum, ad Judicium in Foro Sæculari prosequendum, si Laico in lite succedit: cum & ipse ita per sonam, ac Forum mutaverit?

213. Ut terius in praesidio adducunt sequens argumentum: si Clericus item, cum defuncto inchoat, coram Judge Sæculari, teneretur prosequi, id proveniret ex titulo præventionis. Atqui titulus præventionis id efficere nequit: sicut enim tollere non potest privilegium Fori Clericalis, & facere, ut Clericus coram Judge Laico comparere debeat; sic efficere non potest, ut Ju-

dicium coram eodem finire obstringatur.

Lateris utriusque monumentis consideratis, 214. malo in castra negantium me conferre. Nec terret I. quod Judicium, in uno loco captum, in eo continuandum sit: fallit namque hoc principium, quando succedit persona privilegiata; sicut & tunc fallit, quando causa, in inferiori Judicio jam pendens, à Superiori avocatur.

Nec terret II. quod non tantum jura, sed & obligations, ac Forum defuncti & hereditis communia sint: praterquam enim, quod, hæc communione non obstante, heres nequeat conveniri in Foro defuncti, si Forum, Jure, communii privilegium, foris ut ex n. 205. in super perpendendum est, heredem ita fieri personam unam cum defuncto, ut tamen privilegium, quod habet, non amittat, veluti patet in pupilo & minorenne, qui, si majorenni succedit, nec præscriptionis, nec restitutio privilegii amittit per textum bonum in instrumentum 19. ff. de Minoribus 25. annis.

Nec terret III. objecta aquitas: nam, stan-
216 dō in Jure Communii, non tantum Ecclesiasticus, sed & Sæcularis Judge, si Supremus sit, causas, in inferiori Judicio jam pendentes, ad avocare potest, absque eo, quod ulli præjudiciis cauferet: quia expensas, quas majores tunc persona litigantes facere tenentur, is, qui temeriter item ait incipit, aut sufficit, refundere tenebitur. Et demus, n. 217 quum esse, quod durior actoris causa ex substitutione hereditis Clerici in lite reddatur: an non iniurias eff longè, ut inferior judicet superiorem, quam ut eadem causa in diverso tribunal examinetur, ut sepius examinatur in causa appellationis?

Illiud Adversarii, transfigere mecum volen-
218. tis, cedere possem, quod Clericus, heres Laici, item contra defunctum, non tantum continuare, sed & fulciri ab initio teneatur in Foro defuncti, non Sæculari, sed Ecclesiastico, adeo ut, si Clericus effter alterius diceref, coram Episcopo, in cuius dioecesi domicilium habuerat, aut contraxerat defunctus, respondeat obligetur. Ut ut vero sit, con-
219. trarie sententie præxim non improbo, ac pro hac & priori resolutione refero doctrinam, Cardin. de Luca de Jurisdict. cit. supra dis. 94. ubi in n. 13. scribit, tolerabile est præximus, quia Clericus heres, à Judge Laico impulsi, cum clausula: salvo iure causitibus; vel sine prejudicio habentiam posterior & meliora ju-
rare. coram eodem Judge Laico super bonis aut juribus hereditariis aut fideicommissariis convenit: quoniam non molestat in persona & bonis propriis, sed tantum Judge resumit bona, ita conditionaliter ac jure provisoriis & precarie tenuta data Clerico, cum cuius bonis & patrimonio necdum confusa sentent: hæc est enim virtus dictæ clausule, que conditionis resolutio, quæ purificata, refolvit actus ab initio, ac si gestus non effet.

Quousque Privilegium Fori Clericalis in actionibus personalibus &c. 61

effet. Similes casus apud eundem Authorem sunt in n. 7. 8. 12.

220. Secundum, sed minus forte dubium est: teneturne venditor Clericus emptorem, Laiicum in causa evictionis coram Judge Laico defendere? Ratio affirmandi defumitur ex l. venditor 49. in pr. ff. de Indic. ubi Paulus respondet, venditorem, cui lis in causa evictionis deaumenta fuit, emporis Judge sequi solere.

221. Cui responsio, quod etiam Clerici venditores acquiescere debeant, inde probatur: quia in causa evictionis principaliter convenit, rei venditores possessor, seu emptor; venditor autem non convenit, sed emptori convenit, si laudatus fuerit, hoc est, legitimè ab emptore vocatus, assister, cumque defendere tenetur num. 89. Atqui Clerici neatiquam interdictum, sed potius aperte permisum est, quod in Foro Sæculari possulare, Advocatos & defensores agere possint, si propriam causam fuerint, prosecuti per textum in cap. Clerici 1. cap. cum Sacerdotis 3. de Posuland. Ergo nec Clerici venditoribus est vetitum, ne emptorem Laiicum coram Judge Laico tueantur. Hæc ratio tam efficax est, ut præter Authores, in priore dubio nobis contrarios, moverit in sequelam Abbatem in cap. ult. 6. in aliis num. 28. Fachineum lib. 3. contr. cap. 38. P. Engel b. t. n. 45. & alios plerosque.

224. Ratio negandi fundatur in hoc, quod Clericus consentire nequeat in Judicem, non suum cap. si diligenter 12. cap. significasti 18. b. s. t. Debet autem consentire eò ipsò, quod citetur ab illo ad defensionem causa, sub prætextu, quod tenetur ad evictionem. Et ista ratio ad negandum induxit Castrense, Speculatorum, Arentium, & alios, quos citant, & sequuntur Marta cit. p. 4. cent. 1. cap. 34. Ranbeck. cit. disp. 2. cap. 2. controv. 2. num. 2.

225. Sed effaciocrem credo rationem affirmandi, quæ negandi. Nam verum quidem est, Clericus non posse consentire in Judicem, non suum, quando est tuis conventus; potest contra, quando affilens solum, Advocatus, aut defensor est. Verum quoque est, Clericum, ritè denuntiatum, emptori assistere debet: sed haec denuntiatio non sit auctoritate Judicis, sed privatè emptoris potestare, eò effectu, ut periculum litis in venditore transferat, non ut venditorem in litis substituat per cap. ult. de Empt. vendit. l. in rem. 1. Cod. Ubi in rem. ult.

226. Quod ista præcisio, quæ Clericus dicitur conveniri quæ possessor, non faciat, quod minus Clericus Jurisdictioni Sæculari subiectus; sicut illa præcisio, quæ Clericus dicitur conveniri quæ debitor, non faceret, quod minus Clericus Jurisdictioni Sæculari subiectus. Cum igitur in actione quadrupedaria verum judicium in Clericum, ut reum, exercetur, consequens est, quod coram Ecclesiastico Judge moveri debeat.

§. III. viij. 2. sect.

227. Qualiter Forum Clericorum in actionibus realibus privilegiationis sit?

Quidam Clerici non minus in realibus, quam personalibus actionibus, considerato Jure Communii, Foro privilegiato gaudent, omnes ferè Jurisperiti, si quosdam Civilitatis, quorum agmen ducit Andreas Gall. lib. 1. ob. 37. n. 4. & Mynsing cent. 1. ob. 22. ex-

epias, contentiunt, ut monstrant Abbas in cap. Ecclesia 10. de Confite. num. 22. Covarruvia præ. q. cap. 31. num. 5. Ranbeck cit. disp. 2. cap. 3. n. 1. & seqq. P. Engel b. t. n. 40. P. Köring ib. 5. 30. Clariss. D. Weigel in differt. de prefec. Judic. cap. 1. n. 22. ac novissime Clari-

H. 3. rif.

- ripi. D. Franz in *Jurisprud. quintuplici quaff. 2. num. 3.*
- 232** Ratio ex I. quia Clericos in causis realibus, Jure Divinō quoque exemptos esse, probabitur alibi, deduciturque ex manifesto textu in cap. quamquam 4. de *Censo*. in 6. Parum siquidem personarum exemptione Clericis proficit, nisi & ratione honorum, que habent, exempli forent: cum & in actione reali possessorum convenienti, ac, si contumaciter abfici, immisionem in illius bona decerni, conseruit ex I. siquis 2. *Cod. Ubi in rem actio &c.* Unde enarratum axioma ex I. que *Religio* 43. ff. de R. V. ea, que Religio adhaerent, religiosi cœleri, ac bona conditionem personæ, seu accessoria sua principale, sequi *in pecudum 28. in pr. ff. de Uſu & fructu*. P. Engel ad tit. de *Immanu. Eccles. n. 24.* P. Reiffenthal b. t. n. 26. & plur. seqq.
- 233** Ratio ex II. quia Jus Canonicum Clericorum, causas simpliciter & absolute extinxit a Potestate Sacerulari, nec vult Clericos, tanquam reos, coram Justice profano stare per textus, in num. 182. & alibi iam recitatos. Atqui causa realis Clericorum est causa Clericorum, resipientes immediatè commodum & incommodum Clericorum. Ergo &c.
- 234** Ratio ex III. quia Jus Civile prorius indistincte Clericos a Foro Sacerulari facit immunes, dum in *Amb. nullus Episcopos &c. Amb. causa, qua &c. Amb. Clericos &c. Amb. statuimus &c. Cod. de Episc. & Cler.* in qualibet causa, civili & pecuniaria, Clericos ad Forum Sacerulari evocari prohibet. Adeòque & causas Clericorum reales, que etiam civiles & pecuniaria sunt, Foro Sacerulari subtrahit.
- 235** Objicere: actionem realem non tam in personam, quam in rem dirigi. *S. omniun. 1. Inst. de Ali. ideoque movendam esse in Foro rei sitae l. ult. Cod. Ubi in rem actio &c.*
- Resp. actionem realem in rem dirigi; Jurisdictionem vero & Judicium non in rem, vel ut aliquid inanimatum & jurisdictionis incapax, sed in rei possessorum dirigiri: & consequenter actionem realem in Foro quidem rei sitae inservi posse contra Clericum, ita tamen, ut Episcopus rei sita aedatur cap. *sam. 3. b. iii.*
